

*Lib. XI. Tit. I.***De Interrogationibus in jure facien-
dis, & interrogatoriis actionibus. (inde natis)**

- §. 1. Nempe, cum in Personam actio instituenda (non in rem) ut sci-
ret actor, an & ex qua parte posset actione aliquem conve-
nire, ne vel plus petat; vel onus probandi difficilius subire
- §. 2. Hodie similes interrogationibus sunt *positiones* (cogatur.
& *articuli inquisitorii*, quos Actor exhibet
jure com. post litem contestatam.

*Tit. II.***De quibus rebus ad eundem ju-
dicem eatur.**

- §. 1. Si plures res aut personæ diversos judices habeant, & agatur
v.g. *familiæ erciscunde*, *communi dividuæ*, *finium regundorum* &c.
itur ad eundem omnibusque his communem judicem.
- §. 2. It. cum ex pluribus tutoribus unus, quod cæteri non sint ido-
nei, convenitur, hi ad eundem judicem quoque vocantur
ut ineptitudinem eorum cognoscat.

*Tit. III.***De Servo Corrupto.**

Actio hæc (pœnalis) est

vel *directa*, qua is qui servum deteriore reddidit, vel dolosè ab-
scondendi causa refugium ei præstat, à domino convenitur,
ut quanti ea res est (h.e. quantum damnum inde patitur) in
duplum condemnetur.

vel *utilis*, quæ datur

usufructuario servi:

ei cujus filiusfam. corruptus:

marito si uxor deterior moribus reddita:

magistratui propter subditos.

X 2

Tit. V.